Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ubus manifestatum quam supplices exoramus · ut
pia iejunantium de penitentia placatus et prisca no
bis subsidia prebeas et futura · P Lectio libri Leuitici 23
IN diebus illis · Locutus est dominus ad moysen dicens
Decima die mensis huius septimi dies expiationis
omnium erit celeberrimus et vocabitur sanctus ·
affligetisque animas vestras in eo · Et offeretis holo
caustum domino · Omne opus non facietis in ipse die
hujus · quia dies propitiationis est · ut propitietur vobis
dominus deus vester · Omnis anima que afflicta non fuerit
in die hoc peribit de populis suis · et que opus quipiam
fecerit delebo eam de populo suo · Nichil ergo operis facie
tis in eo · Legitimum sempiternum erit vobis · in cunctis
generationibus et habitationibus vestris · Sabbatum requie
tionis est · affligetisque animas vestras · Die nono mensis
a vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra
dicit dominus omnipotens GE P ropitiamus esto domine peccatis nostris ne quando
dicant gentes ubi est deus eorum V ad nunc nos deus salutaris noster et
propter honorem nominis tui domine liberanos OREMUS · AC · GE · OREMUS
Da nobis quesumus omnipotens deus · ut ieiunantes tua
gratia sagiamur · et abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores · P Lectio libri Leuitici · 23 ·
IN diebus illis · Locutus est dominus ad moysen dicens
Quintodecimo die mensis septimi quando congregatis
fructus omnes fructus terre · celebrabitis festa domini
septem diebus · Die primo · et die octauo erit sabbatum
id est requies · Sumetisque vobis die primo fructus ar
borum pulcherrimos · spatulasque palmarum · et ramos li
gni densarum frondium et salices de torrente et le
tabimini coram domino deo vestro · celebrabitisque sol